

Amplissime Dñe,

Destinavit ad me Praelatus Gladbaensis volumi vini  
Rhenani, eo fine, ut per uxorem meam illustrissimi  
Principis Auriaci manibus presentetur. Verum cum  
illa ob seria quaedam fecerit Hagam Comitum adire ne-  
cesse habeat, Liberis Patris comitatum à navis impetrare  
non potuit. Illi enim quod hybernium hocce gelu vada  
Mosa exsiccauit caussantes, aquis se committere non sunt  
ausi. Interim Liber pater apud me moram trahit: ego  
probe custoditum cum commodè fieri potest, ablegabo, vesti-  
tum tamen duplici veste, ut corruptionis suspicio et an-  
sa evitetur. Interim tu, amplissime Dñe delectus es,  
ut tam uxoris meae, quam Liberis Patris ubi advenit  
Patronum et Mecænatem, agere non dedigneris. Quod ipsum  
humanitate tua fretus, cuius te professorem alias venti-  
tasti et factis declarasti, à te petere non erubui. Hanc  
audaciam paria studia, quorum ego tyrunculus, tu vero  
magis Apollo subministrat. Idem quoque Praelatus sum-  
mopere exoptat; mihi tesseram gratidinis portunculam  
vini pro humanitate tua apud me deponi fecit, quae cum  
maioris vase adventabit. Confidimus talem te fore, qualem  
nobis pollicemur. Bene vale vir clarissime. Raptim  
Ventonae 10 kalend. Januarij 1632

Ampl. S.

obsequantiss. famulus

Conrad Schenck Secretarj  
Ventonensis

*Amplesius Dns*

*Reverentissimo Dno Petro ...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...*

*Amplius D.*



*Amplissimo Dno  
Dno Constantino Hugemio à Turin  
licetem Equit. Principi Aurinace  
à Confily's et Secretis*

*Flapac Co.  
ambus*

*onp d'chard de...*

*Aug. 21.*